



1781.

*

1. Siegmannus, Fredericus Huldricus Cordus: Continuatio observationum ad pandectas. Programma, quo iuris et reliqui doctores fac. iur. solemniter loc. localis Frederici Huldrici Cordi Siegmanni indicunt.
2. Bauer, Theodorus Gottfriedus, fac. iur. pro cancellario: De jure pecunie feudalis, quae vocatur Lehns. Quantum in concursu creditorum. Programma, quo solemniter doctoralia Christiani Frederici Schneideri indicunt.
3. Brecht, Georgius Nicolaus: De processu et theoriae indole, nexu et usu.
4. Einertus, Christianus Gottlob: De legislationis origine et natura.
5. Einertus, Christ. Gottlob: De conjunctione eloquentiae cum jurisprudentia.
6. Einertus, Christ. Gottlob: De multitudine liberorum a tutela hodie quoque excusante.

1781.

7. Pohlus, ^{Christianus} Fredericus: De iure et fide
dextrae

8. Pueltmannus, ^{Tr. Lud. Em. fac. jur. procurator} ^{Illustrius}:

De eo, quod inter feudum pecuniarium, pecuniarium
feudalem, pecuniarium ex fundo solvendum et
constitutum feudale interest. Programma, quo sol-
lemnitas inaugurationis Curiae Musici Scharabii
indicitur.

9. Pueltmannus, ^{Tr. Lud. Em. fac. jur. procurator} ^{Illustrius}:

De avallo. Programma, quo sollemnitas inaugura-
tionis Christiani Inventi Merici indicitur.

10. Pueltmannus, ^{Jur. Lud. Em. Sinesen} ^{Illustrius}: De crimine
conventuale.

11. Rinkerus, ^{And. Gottl.}: De poena ab irato
principe extra ordinem imperata in die
tricesimum differenda ad 1.30 P. De poenis.

12. Segerus, ^{Ab. Theophilus}: De causis contumaciae

13. Segerus, ^{Ab. Theophilus}: De ^{colonis} ~~colonis~~ mercatorum
in Germania et praecipue in Saxonia.

1781.

14. Lignmannus, Frider. Haldericus Censl: De jure
dictione summorum in imperio judiciorum ob
curiosum continentiam in lineas medietas
laud fundata.
15. Hockmann, August Censl: De jure testamenti
natis perscripti
16. Wenck, Fridericus Augustus Institutus: De acqui-
sitione insignium alienorum. Programma,
quod ad orationem editalem iuritat.
17. Wenck, Fridericus Aug. Institutus: De concessione
insignium in imperio Rarus - Germanico.
18. Winckler, Conradus Godofredus: De contractibus
feminarum per curatorem rehabilitationem
validis. Programma, quod ad orationem editalem
iuritat.
19. Zollerus, Frid. Gottlieb: De restitutione in inte-
gram ex capite absentiae.

1781.

20. Zollerus, Frid. Grollib : De hereditatione Ghersonum ad alias causas, in Nov. 115 non expressas extendenda.
21. Zollerus, Frid. Grollib : Observationes singulae Causa ad pand. lib II Tit. 2 et Tit. 4.
22. Zollerus, Frid. Grollib : Observationes practicae
23. Zollerus, Frid. Grollib : Utrum nepotes, si patris sui heredes non facti, ea conferre liceantur in hereditatem, quae eorum praedefuncti patres accepissent.
24. Zollerus, Frid. Grollib : Observationes singulares ad pandectas lib II. tit. 8.
25. Zollerus, Frid. Grollib : De eo, quod iustum est, circa exercitium directorii Comitialis sede huiusmodi vacante
26. Zollerus, Frid. Grollib : Observationes practicae
27. Zollerus, Frid. Grollib : De successione statulicaria conjugum

44
4
ca
44
47
46
2
1
ac
1

30
1781, 2.

PROCANCELLARIVS
HENRICVS GODOFREDVS
BAVER

SVM MOS

IN VTROQVE IVRE HONORES

CLARISSIMO CANDIDATO

CHRISTIANO FRIDERICO SCHNEIDERO

LAVCHSTAD. MERSEBVRG.

A. D. VII. IVN. MDCCLXXXI

INSTANTES INDICIT

PRAEFATVS

*De iure pecuniae feudalis quae vocatur Lehn Quantum
in concursu creditorum*

PROCESSE FRIYS

HENRIET'S GODOLIEDYS

BAVIER


N

Die in diesem Buche enthaltenen Nachrichten sind aus dem Original entnommen, welches in der Bibliothek der Universität zu Göttingen aufbewahrt ist. Die Druckfehler sind durchgängig verbessert worden. Die Originalausgabe ist von dem Verleger in Göttingen im Jahr 1784 erschienen.

Verlag der Göttinger Buchhandlung


1784





I. N. D.


Non in sola spe successionis feudalis a domino directo facta, et inuestitura euentuali confirmata, subsistere simultaneam inuestituram, sed ius quoddam, vasallo superstite, haud inane tribuere, aptissime, condomini quodam genere notandum, verissima est, in Saxonia certe Electorali, sententia. Quam leges nostrae; puta *Const. XLV. P. II. Edict. Torgav. Tit. Welchergestalt die Agnaten x. §. So viel ersichtlich Mandat. El. d. d. 30. April. 1764. Tit. I. §. 1. Tit. IV. §. 99.* mitto alias, satis aperte confirmant. Si non quidem solum ex his intelligimus, alienationes, oppignorationes aliasque feudi deminutiones, infcio, vel inuito, simul inuestito nihil officere, iustasque defensiones contra vindicationem ex deuoluta successione institutam non praebere, quos nemo effectus euentuali inuestiturae largiri somniatus fuerit; sed necessitatem etiam impetrandae, quotiescunque principalis inuestitura rumpitur, inuestiturae simultaneae renouationis cognoscimus, insuper habitae, intuitu euentualis inuestiturae, praeter mutationem in manu dominante natam. Quae si quis iura et obligationes simul inuestito, dum lo-



quantur leges, adscribere, eidemque condominium, quod non obscure innuit notissima communis manus appellatio, negare vellet, iuris rationi oclamaret. Ob eamque rem constitutionem §. 10. *Ordinat. Process. Sax. Tit. XLV.* comprehensam, qua pretium feudi, ob aes alienum a vasallo contractum, venditi, soluto hypothecarum, consensu domini directi constitutarum, nexu, creditoribus, taciti pignoris iure munitis, quin mere personalibus, addicitur, tanquam communi manu comprehensis iniuriam, sapientissimo consilio §. 3. *Tit. XL. Ordinat. Proc. Sax. Recogn.* abrogatam conspiciamus, et, quod ex feudi pretio, solutis debitis feudali- bus, superest, simul inuestitis sic restitutum, vt nouo feudo comparando impendatur, eiusque nomine inuestitura simultanea redhibeatur.

Quae quum ita sint, per se patet, eandem conditionem esse debere eius pecuniae, qua salua et integra, beneficio alienando, oppignorando, alioque quouis modo deminuen- do assentire, eaque accepta, illud heredibus, feudalis succes- sionis incapacibus, reddere simul inuestitis promisit, quae, vt a feudo pecuniario, nostro idiomate *Lehn-Stamm* diei solito, rite secernatur, appellatione *Lehn*. Quantum signifi- cari siveit. Hancce pecuniam etsi nulla, vt feudum pec- uniarium, inuestitura profitetur, vere feudalem esse, in Programmate orationi muneris Professoris Iuris adiciali A. MDCCLXIV. *Mens. Mart. praemisso*, data opera demonstrauit.


Summa rei haec est. Ponitur, vasallum et simul inue- situm id sua conuentione effecisse, vt commodum succes- sionis, ex inuestitura simultanea nasciturum, ad certam, ean- demque expressam, pecuniae quantitatem rediret. Quae si nuda esset promissio a vasallo, in euentum alienationis, de-
fectu-



§

fecturaeue prolis masculae, facta, commissa stipulatione, nihil, praeter quam conditionem contra vasallum, eiusue heredem, vel vniuersalem alius generis successorem, qualis est creditorum concursus, ad id, vt praestaretur, quod promissum esset, instituendam, adeoque solum ius personale operaretur. Quae est natura obligationis, cuius meminit *Const. XXX. P. III.* sed longe diuersa conditio negotii nostri. Subest videlicet, qui ex inuestitura simultanea condominium ipsius praedii beneficiarii obrinuit. Qui huius condominiumi causa, exorto contra vasallum creditorum concursu, iure suo postulat, vt substantia feudalis conseruetur, quatenus debitis non deminuitur, quibus ipse, deuoluta successione, soluendis obligatur, *cit. §. 3. Tir. XL. Ordinat. Proc. Sax. Recogn.* Quodsi adiectione pacti, quo futurae successioneis emolumentum ad certam pecuniae quantitatem redigitur, id efficeretur, vt condominium in ius personale abiret, necessario simul consequeretur, ipsam inuestituram simultaneam, quam supra probaui esse condominium, euanuisse. At non euanesceat, vt potius perduret, omnesque largiantur, eius exitu simul promissae pecuniae obligationem resolui. Quibus ita comparatis necessario consequitur, adiecto, quod ante oculos habemus, pacto non mutari, sed minui ius ex simultanea inuestitura quaesitum, et sic terminari, vt, modo promissa pecunia soluat, vel de ea satis caueatur, feudi oppignorationi et alienationi consentire, quin ipsa inuestitura sua cedere, teneatur simultanee inuestitus.

Vasallus alii successionem in feudum suum promittit, ob id in domini societatem eum assumit, eandemque a domino per inuestituram simultaneam stabiliri curat. Simul inuestitus



uestitus contra repromittit, se, modo certa pecunia pacto terminata, sibi numeretur, hoc ipso condominio se abdicare velle. Quod quum non pure, sed conditionate, repromittat, quis facile dubitauerit, quin summo iure simul inuestitus condominio suo insistat, et alienando beneficio, eoue heredibus vasalli, quos natura rei successores respuit, cedendo, rectissime contradicat, donec impleatur conditio, et ipse secundum limites conuentionis, vel pecuniam, vel eius nomine, idoneam cautionem acceperit. Ipsa simultanea inuestitura obstat, quo minus hac successionis emolumentum ad pecuniam, de qua conuenit, reductione effici possit, vt personale creditum eius pecuniae videatur in locum condominii praedii beneficiarii ipsius successisse, vt potius vasallo, eiusue heredi, aliuue vniuersali successori, sit facultas, numeratione pecuniae, pacto constitutae, feudum ab illo condominii onere liberare.

Quemadmodum venditor solo contractu dominio suae rei non priuatur, nec, nisi soluto pretio, eam tradere tenetur, aequè minus in proposito exemplo simul inuestitus iure compelli potest, vt prius, quam pecuniam, vel eius nomine cautionem acceperit, condominii sui ius dimittat. Quae, prout extra concursum per se clara sunt, et a nemine, quantum scio, impugnata, aequè minus per concursum creditorum, quo causae obligationum haud perturbantur, incerta fieri, vel mutari, possunt. Vt potius, quemadmodum, quod, solutis debitis feudalibus, superest pretii ex feudo redacti, fauore eius, qui simultanea inuestitura illimitata gaudet, a massa concursus secerni, nouoque beneficio comparando impendi, debet, non minus de pretio feudi separanda sit pecunia, pacto simultaneae inuestiturae adiecto expressa, et, nisi ob credi-

credutum, cui subscripsit simul inuestitus, et cui reddendo reliquum feudi pretium non suppetit, deminutionem patiatur, vel statim ob successionem delatam persoluenda, vel futurae successionis ergo seruanda, fructusque interea temporis creditoribus concedendi.

Hanc esse negotii, quod nobis exponendum sumus, naturam et effectum, ipse Serenissimus Lator in *O. P. S. R. Tit. XL. d. §. 3.* satis clare innuit verbis; daß ins künftige von dem Kaufgelde eines subhastirten Lehn-Guths allein die debita feudalia bezahlt, die Uebermaasse aber wieder zu Lehn gemacht, oder an ein Lehn gewendet, und die Mitbelehntheit daran zur gesammten Hand gebracht werden sollen. Jedoch ist dieses auf solche Lehn-Güther ic. — da verübdge vorhandener Pactorum oder Reuerse, wenn auch selbige gleich nicht confirmiret, denen Mitbelehnnten nur ein gewisser Lehn-Stamm, oder auch nur ein Lehn-Quantum ausgesetzt ist, nicht zu erstrecken, als in welchem letztern Falle sie mit solchem Lehn-Stamm oder Quanto, (per se patet, eodem separationis iure, quod simultanea inuestitura, tanquam condominium, necessario infert,) sich billig begnügen lassen.

Eidem sententiae accedunt bonae notae interpretes. Audi CHRISTOPH. HENR. DE BERGER qui in *Progr. Dissert. Inaug. a Iob. Christ. Stahlkopf.* Praeside IOH. GOD. KRAVSIO de *Iure Degradat. Canon. A. C. MDCCXXVII. Vitebergae habitae, praemisso, vnde constat, inquit, simultaneae inuestitum ratione istius pecuniae quantitatis, non pro creditore, proprie sic dicto habendum, et hanc pecuniae summam, in sententia, quam vocant, designationis, non inter creditores laecandam, sed etc. — — ex massa concursus seponendam, et in deposito iudiciali asseruandam, ac denique simultaneae inuestitio,*

3

fito, si casus successione contingat, soluendam esse. Nec non b. m. parentem Ioh. Godoffr. qui in *Dissert. d. Forma ac Definit. Comm. Saxon. Manus §. LXVIII. dubio carere, iudicat, simul inuestitum, quia, iure condominii per inu- situram impetrati, rem, de qua inuestitus est, petit, premium pro ea sub hasta solutum, et surrogatum, pro modo summae, litteris expressae reuersalius, non minus vindicare, atque alii, res suas a concursu creditorum vindicantes, eas, vel premium ex iis redactum recipiant, tanquam res, ad massam concursus non pertinentes. Simulque testatur, summum Prouocat. Senatam, sententiam primae instantiae, qua pecunia, vi simultaneae inuestiturae, et codicillorum reuersalium, petita, post expensas concursus locata fuerit, correxisse, istamque pecuniam extra concursum, et ante expensas, simul inuestito adiudicasse.*

Existimabam igitur, hanc rem, firmissimis rationibus, certissimisque, quod mihi videor demonstrasse, iuris principii innixam, eo magis indubiam, quo constantiore praxi, rebusque iudicatis, per longissimi temporis tractum sibi consentaneis, corroboratam eam intellexeram. Memini enim, eiusmodi in causa concursus d. H. nec non d. S. auf M. aliasque quamplurimas, partim in Supr. Prouocat. Senatu confirmatas, legisse sententias. Ex quibus certe vnam Mens. April. 1775. in Fac. Iur. Lips. in causa concursus E. d. E. latam, viresque rei iudicatae nactam, adicere liceat, quae his ipsis diebus, quum nouae sententiae ferendae causa acta iudicialia ad nos redirent, se offerebat, cuius verba haec sunt: das 3000 fl. wegen des auf dem Rittergute R. geschaffenen Lehnsstammes von der Concurs Masse abzusondern, wovon, so lange der Debitor communis nebst Lehns-Successionsfähiger

Descen-

Descendenz am Leben, die Zinsen, zu Befriedigung derer
Gläubiger; nachdem ihnen zustehenden Rechte zu verwenden,
das Capital selbst aber, wenn der männliche Stamm des ge-
meinen Schuldners erloschen, zuvörderst C. W. F. und C. E.
denen Gebrüdern von E. zur Benutzung und nach deren ohne
männliche Descendenz erfolgten Ableben, derer in Vol. 5.
fol. 4. und 4 b benannten G. F. u. G. v. E. Lehnfähigen
Descendenten zu vererben, jedoch sind allerseits ernannte
Lehns-Bettern von E. in so weit sie in die Verpfändung des
Ritterguths N. ihre Einwilligung ertheilet, solche Gläubiger
mit dem auf sie verfallten Lehn-Stamme, in so weit es nicht
bereits geschehen, zu befriedigen verbunden, dagegen allerseits
ernannten von E. auf Verabfolgung solcher Lehn-Stammes
Gelder gerichtetes Suchen noch zur Zeit, sowohl das von H.
C. A. u. L. M. C. C. denen Geschwistern v. E. ingleichen vom
gemeinen Schuldner selbst deßhalb angebrachte schlechterdings
nicht statt hat, adiectis rationibus. Obwohl C. W. F. u.
C. E. sowohl Herr C. F. ingleichen F. L. D. die von E. auch
der gemeine Schuldner selbst, und zwar jeder besonders auf ei-
ne Summe von 1500 fl. als Lehnstammes Gelder Anspruch
machen, Curator litis auch diesem Suchen nicht schlechter-
dings, sondern nur in Rücksicht auf das von jedem geforder-
ten Quantum widersprechen, solchemnach, daß entweder auf
die Verabfolgung solchen Lehnstammes gesprochen, oder die In-
teressenten, daß sie das ihnen daran zustehende Recht gegen
einander ausführen sollen, keinesweges aber auf Ueberlassung de-
rer Zinsen davon an die Gläubiger, so wohl auf die Bestim-
mung eines nähern Rechts daran für C. W. F. von E. und
Cons. das Erkenntniß gerichtet werden sollen, sich ansehen las-
sen dürfte. D. a. u. D. des Gemeinschuldners Vater mit
B
seinen



seinem Bruder und Bettern allerserits Mitbelehten bes. des
 Fol. 4. lqq. Vol. 5. befindlichen Vertrags sich dahin vereinigt,
 daß sie einander wechselseitig die freye Disposition über die
 Güther E. u. N. zugesiehen, dagegen aber verbunden seyn wol-
 len, einen Lehnstamm von 3000 fl. worauf der Vortheil der
 aus der Mitbelehnshafft erwachsenden Succession eingeschränkt
 würde, zu halten, welches denn, wie überdem deutlich in ge-
 dachtem Vertrage enthalten, die Folge nach sich zieht, daß die
 Paciscenten selbst nebst ihrer Lehnsfähigen Descendenz erwähn-
 tes Lehns-Quantum benebst dem Guthe selbst behalten, und
 allererst nach Ausgange des männlichen Stamms des letzten
 Lehns-Besizers Land Erben, dem zur Folge gelangenden Mit-
 belehten den Lehn-Stamm derer 3000 fl. heraus bezahlen, und
 dieser ihnen dagegen das Guthe überlassen, nur besagten Stamm
 auch, so lange ein Mitbelehnter vorhanden, selbigen gnüßlich
 versichern muß, und nur vor seine Person die Zinnsen davon
 zu genießen vermag, wannhero, und da das Recht derer
 Mitbelehten an dem Lehnus. Quanto nach der Natur und Ei-
 genschaft besienigen Rechts, welches sie, wenn kein Vertrag
 errichtet worden wäre, an dem Guthe selbst gehabt haben wür-
 den, zu beurtheilen ist, eines Theils der gemeine Schuldner
 die Zinnsen davon seinen Gläubigern so gut überlassen muß,
 als er ihnen die Nützungen des ganzen Lehns, wenn solches
 nicht hätte veräußert werden dürfen, zu überlassen gehalten
 gewesen wäre, andern Theils die Mitbelehten selbst, so lange
 der gemeine Schuldner und Lehnsfähige Descendenz von ihm
 am Leben, weiter kein Befugniß solchen Lehn Stamms halber
 haben können, als zu verlangen, daß ihnen deshalb gnugsame
 Sicheit gestellet werde, so wie nach des Schuldners und sei-
 ner Sohne Absterben nur diejenigen Mitbelehten, welche zur
 Folge

Folge am Guthe, wenn solches nderäußert geblieben, die nächten gewesen seyn würden, solchen mit Ausschluß derer übrigen zu empfangen, diesen aber die Folge daran zu gestatten haben; Und dann, da allhier die Mitbelehnenschaft mit der Schwermagenschaft verbunden, von selbst erscheinet, daß E. W. F. von E. und Conf. als des gemeinen Schutzners Bruders Söhnen, ein näheres Recht, als denen übrigen, welche mit ihm, als Vaters Bruders Söhne oder Enkel verwandt sind, der vor jene militirenden Proximitatis linealis et gradualis halber, gebühren müsse, s. i. c.

Vehementerque adeo mirabar, quum nuperrime simulinuestitus, eiusmodi petitione inter chirographarios creditores collocandus esse, quicquid contra disputabam, decerneretur. Idque propter verba in *O. P. S. R. Tit. XLV. §. 6. obuia*. Also soll in Zukunft es dabey schlechterdings verbleiben, auch weder denen Töchtern wegen ihrer Ausstattung noch denen Mitbelehnten wegen eines Lehns. Quanti ein lus reale an denen Lehngüthern zustehen, et quoniam in supra d. §. 3. *Tit. XL. qualitas iuris*, quo simulinuestiti ob eiusmodi pecuniam feudalem fruuntur, haud exponitur. Neque tamen haec, etsi magnam habeant veritatis speciem, id apud me efficiebant, quo minus, quam professus fui, opinionem verissimam ducam. Vidimus, pecuniam, quam tractamus, ipsi beneficii pretio inesse, ipsamque adeo, communis manus causa, condominiumi quodam iure ad simulinuestitum pertinere. Ex quo consequitur, quoniam rei nostrae, nostri causa, pignus accedere nequit, plane cogitari non posse, legislatori modo d. l. vbi de tacito pignoris iure agitur, pecuniam nostram in mentem venisse. Vt potius persuasum habuerim, eiusmodi nomen innui, quod ex feudo habeat

originem, indeque *Uelns*. Quantum appelletur, cuius vero intuitu, ob solutum, ante motum creditorum concursum, principalis, vel simultaneae inuestiturae, nexum, nullum ius domini tribui creditori possit, cuiusmodi exemplum *Const. XXX. P. III.* habet.

Tandem hanc sententiam mihi omnino confirmarunt omnemque dubitationem exemerunt, quae b. m. parens in supra d. *Dissertat. §. LXXII. sq.* ad confutandam hanc obiectionem attulit. Ipsa eius verba, quoniam ipsa dissent. forte non ad manus est, huc transcripta non ingrata erunt. *Non iure hypothecae reali, inquit, de quo citata agunt verba, indiget simul inuestitus, qui ius fortius, puta condominium utile, et quidem inuestitura, quae domini factum est, et eius consensum inuoluit, quaesitum habet, ut cuius actione hypothecaria beneficium uon persequitur, sed vindicat, et, fundo alienato, eius surrogatum, puta pretium, quoad de eo secundum litteras participat reuerfales, ex causa domini petit. Sequitur ergo, dista O. R. verba de alia plene re, et specie, quam de qua nobis sermo est; accipiendum esse. Nimirum de specie agunt, qua quis verbi causa partem feudi, cum cohaerede olim communis, ipsi vendidit, pretio, vel integro, vel pro parte, sub iure hypothecae credito emtori vasallo, nec non communi reseruata manu. Istud pretium, quia est vice portianis haereditariae, non minus *Uelns* Quantum vocari potest, et solet, intuitu cuius cohaeres vendens, non simul inuestitus, sed creditorem, agit, atque tum applicari potest sanctio ista, eum, simul licet inuestitus, non gaudere iure hypothecae reali, nisi beneficium expresso domini consensu sit obligatum. Neque, aliter sanctionem istam accepisse, indices, *Gribneram, lustrato ipsius discursu ad O. P. S. R. a Zschackwitzio edito. Tit. XLV. §. 6. verb.**

noch

noch denen Mitbelehnten etc. Mitto sequentia, huius rei magis illustrandae causa adiecta. Aut enim plane nihil video, aut haec, etiamsi ego ne verbum quidem adiecissem, sufficiunt restituendae confirmandaeque sententiae, per tantam annorum seriem idubiae. Praesertim, quod GRIBNERVS, cuius inprimis opera, vti scimus, Potentissimus Lator vsus fuit in O. P. R. elaboranda, certissimus verborum suorum est interpres.

Transeo potius ad Virum, qui hanc scribendi, oportunitatem mihi praebuit, Consultissimum


CHRISTIANVM FRIDERICVM SCHNE DERVM

LAVCHSTAD. MERSEBURGENS.

qui, natum se esse, profitetur, d. X. Ianuar. anno huius seculi sexagesimo parentibus venerabilibus, *Christiano Augusto Schneidero* Inspectore Accifarum Generalium, et *Susanna Christiana*, e gente Kronia, quibus, de se optime meritis, omnis generis prosperitatem gratissima mente apprecatur. Inprimisque praedicat fidelissimas fructuosissimasque institutiones praeceptorum *Schroederi* et *Lobregelii*, quibus omnis generis, qua adhuc fruitus fuerit, felicitatem, magnam partem, fert acceptam, nec non, quum, maturescente magis aetate, in scholam Portensem se contulisset, *Grabnero*, *Beckero*, *Barthio*, *Geislero*, *Klugio*, eorumque de se meritorem memoriam fore sempiternam, pollicetur. Viteberga nostrum anno aetatis suae decimo septimo ad altiora aspirantem excepit, et, qui tum temporis falces tenebat *Tittmannus*, in ciuium academicorum numerum recepit. Ibi Philosophiae *Hillerum*, historiae vniuersalis *Schroecklium*, historiae Iuris *Klügelium* iuniorem, iuris na-

B 3

turae,



turae, institutionum iuris ciuiliſ, iuris germanici, artiſque diſputatoriæ *Wiefandum*, doctrinæ Pandectarum et iuris ſacri *Hommelium*, beneficiarii denique *Reinhardtum* viros fama, meritiſque, celeberrimos, habuit præceptores, nec, habuiſſe, vnquam poenitebit. Hiſce diſciplinis per biennium exercitatus, ad nos acceſſit, nec ſine inſigni fruëtu præ ſe fert, ſcholis b. m. *Breuningii*, *Bieneri*, *Schotti*, et ſumme venerabilis collegii noſtri Senioris, *Zolleri* ſe interſuiſſe. Hoc moderante, poſtquam nupero anno theſis iuris controuerſi tuitus fuerat, ſub eiſdem ſinem vtrumque examen, pro candidatura iuris, et rigorofum, quæ vocantur, ſuſtinuit non inglorius.

Hiſ enim ſpeciminibus effecit, vt ſummos in iure honores ei bene merito tribuendos eſſe, collegium noſtrum iudicaret. Quos dum petit, ſi prius in auditorio noſtro inſtante huius menſis d. VI. hora a meridie ſecunda, curſoriam, ſuper *l. 24. C. d. Neg. geſt.* prælectionem habuerit, ac inſequenti die, horis conſuetis, ſub præſidio eiſdem S. R. et Illuſtris Viri Dn. D. FRIDERICI GOTTLIEB ZOLLERI Cod. Prof. P. O. Eccleſ. Cathedral Merſeburg. Capitularis, Supr. Cur. Prouincial. Aſſeſſoris, Facultat. Iurid. Senioris et Academ. Decemviri, Diſſertation. inaug. ralem, *Obſeruatiões practicae*, inſcriptam defenderit, ei, præmiſſa ſoleni oratione, impertietur Vir Excellentiffimus et Conſultiffimus Dn. D. IOSIAS LVDOVICVS ERNESTVS PÜTTMANNVS, ſimulque omnia iura, communia pariter, atque Lipſienſibus Doctõribus, qui noſtri dicuntur, propria, ſola ſpe, collegio noſtro aliquando aſſidendi, excepta, largietur. In hunc enim æſtumatiffimum collegam hancce facultatem contuli.

Vt

Ut vero Rector Academiae Magnus, Illustrissimi
Comites, utriusque reipublicae Proceres Grauissimi, Ge-
nerosissimique et Nobilissimi Commilitones, hancce pa-
negyria, hunc nostri diem, praesentes frequentesque ho-
noricentiozem illustrioremque efficere velint, obseruan-
tissime rogo. Scribebam Lips. Domin. Pentecost. A. C.
MDCCLXXXI.



Leipzig, Diss., 1781

ULB Halle

005 361 443

3





30
1781, 2.

PROCANCELLARIVS
HENRICVS GODOFREDVS
BAVER

SVM MOS

IN VTROQVE IVRE HONORES

CLARISSIMO CANDIDATO

CHRISTIANO FRIDERICO SCHNEIDERO

LAVCHSTAD. MERSEBVRG.

A. D. VII. IVN. MDCCLXXXI

INSTANTES INDICIT

PRAEFATVS

*De iure pecuniae feudalis quae vocatur Lehnß Quantum
in concursu creditorum*

